# Documentos Oficiales de la Orden de San Agustín en España

## ACTA CAPITULI PROVINCIALIS, ANNO 1954

### In Nomine D. N. Jesu Christi Benedicti. Amen

Anno Nativitatis eiusdem millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, die quinta mensis Julii celebrata sunt Comitia provinciala Fratrum Eremitarum S. P. Augustini huius provinciae Castellae in Conventu B. M. Virginis a Bono Consilio Legionis prout ab admodum R. P. Petro Moratiel Yugueros Provinciali in quintam huius mensis indicta fuerant.

Itaque cum die quarta ad praedictum Conventum convenerint Patres vocales, die quinta Missa de Spiritu Sancto solemniter celebrata, post Vesperas, signo campanulae ter dato, ad locum Capituli se congregaverunt. Tunc P. Provincialis praemissis praemittendis, mandavit, ut si quis a Revmo. P. Generali litteras haberet ad istud Capitulum directas easdem statim proferret. Mox Ad R. P. Raphael Pérez González, Assistens Generalis, litteras Rvmi. P. Prioris Generalis praesentavit per quas dicti Capituli Praesses ipse constituebatur, qui, nullo renuente, ab omnibus reverenter pro Praeside fuit recognitus.

Deinde, brevi et callida allocutione, ipse Praeses exposuit modum et fidem Comitiorum provincialium ut magis ac magis augeatur caritas, observantia religiosa et spiritus vitae Augustinianae in Provincia nostra pro Dei gloria et bono animarum.

Praeside innuente per secreta suffragia electi fuerunt tres Judices Causarum et Examinatores Litterarum, qui sunt: RR PP. Gilbertus Gutiérrez García, Lucianus Vergara Unanua et Helladius de Castro Pelayo.

Die sexta Missa pro defunctis solemniter est cantata. Sero tamen Ad R. P. Praeses Consilium Capituli coadunavit.ut aliqua dubia solveret ad Judicibus Causarum proposita. Et primo quidem circa validitatem electionis Discreti Domus de Mayorga, eo quod dubium esset jus unius electoris; omnibus perpensis, novem suffragiis albis contra tria nigra, a Consilio Capituli declarata fuit valida. Secundo, circa jus ferendi suffragium Discreti circunscriptionis de Texas, qui absque litteris authenticis suae electionis ad Capitulum venit, et suffragiis undecim albis contra unum nigrum, jus fuit recognitum.

Die septima Missa de Spiritu Sancto celebrata, aliisque expletis in nostris Constitutionibus praescriptis, coram omnibus in loco Capituli consedentibus, R. P. Provincialis officium suum in manus Praesidentis humiliter resignavit. Qua resignatione acceptata, per Rv. Patrem Gilbertum Gutiérrez García, Judicem Causarum et Examinatorem Litterarum, recitata fuerunt nomina eorum, qui vocem activam habere debebant, hoc ordine:

Adm. R. P. Lr. Assistens Generalis Raphael Pérez González, Praeses Capituli.

Adm. R. P. Lr. Petrus Moratiel Yugueros, Provincialis emeritus.

RR. PP. Definitores praeteriti Capituli, nempe:

R. P. Paulus Gutiérrez Flórez, primus Definitor.

R. P. Rogelius Díez López, secundus Definitor.

R. P. Lr. Justus Ramírez Galilea, tertius Definitor.

R. P. Paulus Marín Solano, quartus Definitor.

*RR. PP. Vicarii Provinciales, nempe:*

R. P. Candidus Herrero de la Puebla, Vicarius Provincialis Portoricensis.

R. P. Franciscus Abril Pérez, Vicarius Provincialis in Brasilia.

*RR PP. Priores Conventuum, videlicet:*

R. P. Lr. Gilbertus Gutiérrez García, Prior Domus Calagurris.

R. P. Helladius Gutiérrez García, Prior Domus Legionis.

R. P. Eulogius Rodríguez Sánchez, Prior Domus Sacnti Germani.

R. P. Maximinus Alvarez Alvarez, Prior Domus de Santurce.

R. P. Antonius Zubillaga Uranga, Prior Domus de Aguada.

R. P. Lr. Lucianus Vergara Unanua, Prior Domus de Guernica.

R. P. Petrus Mariezcurrena Iraizoz, Prior Domus de Bragança.

R. P. Lr. Ex-Provincialis Ambrosius de Arancibia Sarriortuzar, Prior Domus Mayorgae.

R. P. Lr. Helladius de Castro Pelayo, Prior Domus de Valentia.

R. P. Lr Castor Gutiérrez Gutiérrez, Secretarius Provinciae.

**RR. PP. Discreti conventuales, nempe:**

R. P. Lr. Aurelius Martínez Martínez, Discretus Conventus Calagurris.

R. P. Lr. Gregorius Santos Martín, Discretus Conventus Legionis.

R. P. Joannes Arana Juldain, Discretus Domus Guernicae.

R. P. Lr. Anacletus Alvarez Fontano, Discretus Domus Bragantiae.

R. P. Florentius Martín Domingo, Discretus Domus Mayorgae.

R. P. Jesus Arnedo Martínez-Polo, Discretus Domus Valentiae.

**RR. PP. Discreti non Conventuales, videlicet:**

R. P. Joannes Pastrana Pérez, Discretus Circunscriptionis in Brasilia.

R. P. Lr. Basilius Fernández Fresno, Discretus Circunscriptionis in Texas.

R. P. Joannes García Alvarez, Discretus Circunscriptionis Jatiensis.

R. P. Donatus Liébana Baro, Discretus Circunscriptionis Portoricensis.

Dimissis autem vocem non habentibus, atque ab omnibus electoribus iuierurando emisso de eligendis in Provincialem et in Definitores quos secundum Deum eligendos esse existimaverint, designati sunt tres Scrutatores per secreta suffragia: id est R. P. Lr. Justus Ramírez Galilea, R. P. Joannes Arana Juldain et R. P. Joannes García Alvarez, et juramento fidelitatis ac de secreto servando ab ipsis praestito, ad novi Provincialis electionem processum est. Adm. R. P. Praeses anuntiavit se neque in hac neque in sequentibus electionibus jure suffragii esee ussurum. Peracta inaniter prima et secunda scrutatione, in tertia electus fuit in Provincialem votis quindecim R. P. Joannes García Alvarez, et a primo Scrutatorum publicatus, atque emissis ab electo professione fidei et juramento contra modernismum, in officio a Praesidente confirmatus est. Deinde deductus fuit in Ecclesiam ibique praemissis ritibus praescriptis, omnes Religiosi in signum obedientiae eidem manum deoscularunt.

Habuerunt etiam suffragia: R. P. Maximinus Alvarez Alvarez, tria; R. P. Honorius Gutiérrez Gutiérrez, quatuor;

R. P. Joseph Rodríguez Cristiano, unum; R. P. Helladius Gutiérrez García, unum. Tria suffragia ex his quae per schedas mitti debebant ad Capitulum non pervenerünt.

De hac electione separatum publicum instrumentum redactum est ab Actuario Capituli, Praeside et Scrutatoribus subsignatum, in Archivo Provinciae asservandum.

Eodem die post Vesperas ad sonum campanulae ter pulsatae, ut moris est, iterum omnes Patres electores in Capitulo convenerunt, ut Definitores eligerent; servatisque servandis, electus fuit in primum Definitorem R. P. Helladius Gutiérrez García, qui habuit sexdecim suffragia; secundus R. P. Gregorius Santos Martín, qui habuit quatordecim suffragia; tertius R. P. Lucianus Vergara Unanua, qui habuit novem suffragia.* Definitorum vero in defectu: primus est R. P. Valerus López Gonzalez; qui habuit sexdecim suffragia; secundus est R. P. Basilius Fernández Frosno, qui habuit novem suffragia. In Secretarium Provinciae fuit electus R. P. Lr. Fr. Philippus Morrondo Sangrador. Praeterea diebus sequentibus ad praescriptum Nostrarüm Sacrarum Constitutionum, et servati servandis, congregati fuerünt Definitorialiter praedicti Adm. Rdi. Patres Raphael Pérez, Praeses, Joannes García, Provincialis electus, Petrus Moratiel, Provincialis absolutus, et Definitores Halladius Gutiérrez, Gregorius Santos, Lucianus Vergara et Herminius Negral, qui auctoritate eis a Constitutionibus concessa, ea que sequuntur statuerunt, ac publice notificare mandarunt.

## Primo: Definitiones, seu decreta.

I—Ad vitandam confusionem quae ex usurpatione promiscua nominum Viceprovinciae, Commissariae et Vicariae Provincialis exoritur, declaramus in hac Provincia, in praesens, nullam Viceprovinciam seu Commissariam

* *Post verbum* «suffragia» *adde:* quartus R. P. Herminius Negral Paniagua, qui habuit sexdecim suffragia.

existere, et religiosos in Insula Portoricensi, in Status Sancti Pauli, in Brasilia et in Praelatura Jatahiensi ejusdem Reipublicae tres Vicarias provinciales distinctas constituere eorumque superiores maiores immediati Vicarios Provinciales respective regionis appelari debere.

II.—Omnes religiosi Provinciae in Statu de Texas, in America Sept. commorantes, unam tantum familiam religiosam sub unico superiore locali in domo de Port Arthur constituent, Priori Provinciali inmediate subjectam

III.—Cum conatus pro erigenda in communi domo formationis in Brasilia, quae tribus Provinciis inserviret, inanes evarerint, Adm. Rdo. Patri Provinciali cum Definitorio comendamus ut domum de Perdoes, pro efformandis pueris qui Ordinem nostrum ingredi cupiunt, convenienter aptet.

IV.—Litteras Excmi. ac Revmi. D. Archiepiscopi Goianiensis in Brasilia adjutorium spirituale in sua sede postulantes, libenter excipientes, Adm. Rdo. P. Provinciali committimus ut apud competentes auctoritates, pro erectione domus Ordinis in praedicta civitate, necessaria exquisita obtinere satagat.

Idem mandatum damus pro erectione alicujus domus in Rupublica Dominicana.

V.—Lectae et approbatae sunt generali formula resolutiones Capitulorum Praecedentium.

VI. - Pro collecta seu taxa pro Prioris Generalis ejusque Curiae provisione, omnes sacerdotes unoquoque mense unam missam ad intentionem ejusdem Rev. Patris celebrabunt.

VII.—Ad num. 50 Statutorum Provinciae, post dictionem *Padres*, verba *Coristas*, *Colegiales*, inmediate adjungantur.

VIII.—Examinatae et aprobatae fuerunt rationes accepti et expensi ab Aeconomo Provinciali praesentatae. Similiter examinatae et aprobatae fuerunt rationes accepti at expensi singularum domorum Provinciae.

IX.—Recognita sunt acta Visitationis a P. Provinciali factae.

**Provisio conventus Calellae.**

Electi fuerunt:
In Priorem R. P. Lr. Aurelius Martínez Martínez.
In Depositarium, R. P. Rudericus Bayón.

**Provisio domus S. P. Augustini Calagurris**

Electi fuerunt:
In Priorem R. P. Petrus Mariezcurrena Iraizoz.
In Subpriorem, R. P. Lr. Gilbertus Gutiérrez García.
In deputatos seu consiliarios, RR. P. Gilbertus Gutiérrez García et Ignatius Herrero Velasco.
In Sacristam, R. P. Lr. Gilbertus Gutiérrez García.
In Procuratorem, R. P. Julius Vallejo Muñoz.
In Depositarium, R. P. Lr. Paulus Bocanegra Belloso.
In Magistrum Caeremoniarum, R. P. Lr. Ignatius Herrero.

**Provisio domus B. M. V. de Bono Consilio Legionis.**

Electi fuerunt:
In Priorem, R. P. Lr. Petronilus Gutiérrez Morán.
In Subpriorem, R. P. Jesus Arnedo Martínez-Polo.
In Consiliarios RR. PP. Jesus Arnedo Martínez-Polo, Justus Ramírez Galilea et Paulus Marín Solano.
In Depositarium, R. P. Basilius Estrada Robles.
In Sacristam et Magistrum Caeremoniarum R. P. Lr. Basilius Fernández Fresno.
In Procuratorem R. P. Fulgentius Morrondo Pelayo.

**Provisio domus B. M. V. de Consolatione de Guernica**

Electi fuerunt:
In Priorem R. P. Lr. Castor Gutiérrez Gutiérrez.

In Subpriorem R. P. Joannes Arana Juldain.

In Consiliarios RR. PP. Joannes Arana Juldain, et Ramirus Flórez Flórez.

In Sacristam R. P. Joannes Arana Juldain.

In Procuratorem R. P. Florentius Herrero Velasco.

**Provisio domus Sti. Thomae a Villanova de Mayorga**

Electi fuerunt:

In Priorem R. P. Lr. Valerus López González.

In Subpriorem R. P. Lr. Joannes Alvarez Fernández.

In Consiliarios R. P. Lr. Ex-Provincialis Angelus Monjas Huertas et R. P. Lr. Joannes Alvarez Fernández.

In Sacristam R. P. Lr. Joannes Alvarez Fernández.

In Procuratorem R. P. Joseph Fernández Gutiérrez.

In Depositarium R. P. Lr. Ex-Provincialis Angelus Monjas Huertas.

**Provisio domus Sti. Thomae a Villanova in Valentia**

Electi fuerunt:

In Priorem, R. P. Emmanuel Campelo Robles.

In Subpriorem, R. P. Joannes Mariezcurrena Iraizoz.

In Deputatos seu Consiliarios RR. PP. Joannes Mariezcurrena Iraizoz, Amator del Fueyo Tuñón et Helladius de Castro Pelayo.

In Sacristam R. P. Emmanuel Alvarez de Juan

In Procuratorem, R. P. Germanus Valladares Alvarez.

In Depositarium, R. P. Amator del Fueyo Tuñón.

**Provisio Domorum in Insula Portoricensi**

Elicti fuerunt:

In Vicarium Provincialem, R. P. Antonius Zubillaga Uranga.

In Deputatos seu Consiliarios, RR. PP. Candidus Herrero de la Puebla, Joseph Rodríguez Cristiano et Donatus Liébana Baro.

**Provisio Domus Sti. Germani.**

Electus fuit in Priorem et Parochum R. P. Eulogius Rodríguez Sánchez.

**Provisio Domus Sti. Michaelis Archangeli de Cabo Rojo.**

Electus fuit in Priorem et Parochum R. P. Candidus Herrero de la Puebla.

**Provisio Domus Sti. Francisci de Aguada.**

Electus fuit in Priorem et Parochum R. P. Carolus Gutiérrez Gutiérrez.

**Provisio Domus B. M. V. de Monserrato in Santurce:**

Electus fuit in Priorem et Parochum R. P. Maximinus Alvarez Alvarez.

**Paroecia de Moca:**

Electus fuit in Parochum R. P. Cesar García Estrada.

**Provisio Domus de Port Arthur:**

Electis fuerunt:

In Priorem et Parochum R. P. Porfirius Fernández Santos.

In Consiliarios, RR. PP. Turibius Oñate Arín et Luduvicus Urriza Tres.

In Procuratorem, R. P. Petrus Parra Romero.

In Depositarium R. P. Turibius Oñate Arín.

In Parochum de Vidor, R. P. Turibius Oñate Arín.

In Parochum de Beaumont R. P. Luduvicus Urriza Tres.

## Provisio Vicariae Brasiliensis

Electi fuerunt:

In Vicarium Provincialem R. P. Lr. Honorius Gutiérrez Gutiérrez.

In Consiliarius RR. PP. Franciscus Abril Pérez, Joannes Pastrana Pérez et Jeremías Vega Vera.

**Provisio Domus de Atibaia.**

Electus fuit in Priorem et Parochum R. P. Felicianus Grande Domínguez.

**Provisio Domus Sti. Aloysii de Braganza.**

Electus fuit: In Priorem R. P. Lr. Antimus del Pozo Martínez.

**Provisio Domus de Campinas.**

Electi fuerunt:

In Priorem, R. P. Nicanor Rodríguez Díez.

In Parochum R. P. Franciscus Abril Pérez.

**Provisio Domus de Perdoes.**

Electus fuit in Parochum R. P. Joannes Pastrana Pérez.

**Provisio Domus Sti. Pauli:**

Electus fuit in Priorem et Parochum R. P. Lr. Aurelius Alvarez Fernández.

## Provisio Vicariae Jataiensis

Elicti fuerunt:

In Vicarium Provincialem R. P. Mathias Boñar González.

In Consiliarios RR. PP. Emmanuel Prieto Juárez, Michael Ferreras García et Prudentius Bonilla Cámara.

**Provisio Domus de Jatai:**

Electus fuit in Priorem et Parochum R. P. Emmanuel Prieto Juárez.

**Provisio Domus de Río Verde:**

Electus fuit in Priorem et Parochum R.P. Mathias Boñar González.

**Provisio Domus de Caiaponia:**

Eluctus fuit in Priorem et Parochum R. P. Luduvicus Valbuena Gómez.

**Provisio Domus de Mineiros:**

Electus fuit in Priorem et Parochum R. P. Maximinus López Gutiérrez.

**Provisio Paroeciae de Quirinópolis:**

Electus fuit in Parochum R. P. Prudentius Bonilla Cámara.

## Electiones Aliorum Officialium

Electi fuerunt:

In Aecomum Provinciae Ad. R. P. Lr. Ex-Provincialis Petrus Moratiel Yugueros.

In Depositarium Provinciae R. P. Lr. Gregorius Santos Martínez.

In Magristrum Profesorum R. P. Lr. Lucianus Vergara Unanua.

In Examinatores Ordinandorum: RR. PP. Petrus Mariezcurrena Iraizoz, Ignatius Herrero Velasco et Paulus Bocanegra Belloso.

In Examinatores Documentorum pro Novitiis R. Padre Lr. Castor Gutiérrez Gutiérrez, R. P. Joannes Arana Juldain et R. P. Lr. Ramirus Flórez Flórez.

In Examinatores Quinquenalium RR. PP. Lrs. Gilbertus Gutiérrez García, Ignatius Herrero Velasco et Argimirus Turrado Turrado.

In Examinatores Confessariorum RR. PP. Lrs. Gregorius Santos Martín, Justus Ramírez Galilea et Philippus Morrondo Sangrador.

Pro Libris scriptis revisendis RR. PP. Lrs. Angelus Monjas Huerta, Lucianus Vergara Unanua et Argimirus Turrado Turrado.

In Chronicorum Provinciae Scriptores R. P. Lr. Ex-Provincialis Angelus Monjas Huerta et R. P. Florentius Herrero Velasco.

In Vicarium Monialium Renteriae R. P. Emmauel Suárez Suárez.

Iterum postulatus fuit in Magistrum Novitiorum R. P. Lr. Fr. Ramirus Flórez Flórez.

Caetorum Officiorum provisio et ordinatio familiarum singularum domorum relinquitur ad arbitrium Adm. R. P. Provincialis cum suo Definitorio in Hispania; et RR. PP. Vicariis Provincialibus cum suo Consilio in Insula Portoricensi et in Brasilia.

Omnes resolutiones et electiones approbatae sunt plenis suffragiis.

Ultimo designatus fuit Conventus B. M. V. a Bono Consilio Legionis pro futuro Capítulo provinciali celebrando.

Priores electi ante confirmationem in officio professionem fidei et juramentum contra Modernismum emisserunt.

Haec sunt, Rdme. Pater, Capituli nostri electiones et Acta, pro quorum approbatione et confirmatione ad pedes P. V. Rdme. submise provolvimur, humiliter obsecrantes, ut iisdem favoribus ac paterni amoris affectibus, quibus semper, nos prosequatur, Deus Opt. Max. P. V. Rmam. Eremitico Ordini diu servet incolumem.

Datum Legione in Conventu nostro B. M. V. a Bono Consilio die duodecima Julii anni millesimi nongentesimi quinquagesimi quarti.

**Fr. Raphael Pérez As. Gen.**
*Capituli Praeses*

**Fr. Joannes García**
*Provincialis electus*

**Fr. Petrus Moratiel**
*Provincialis emeritus*

**Fr. Helladius Gutiérrez**
*Primus Definitor*

**Fr. Gregorius Santos**
*Sucundus Definitor*

**Fr. Lucianus Vergara**
*Tertius Definitor*

**Fr. Herminius Negral**
*Quartus Definitor*

**Fr. Philippus Morrondo**
*Prov. Secretarius.*